



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 27. Sunt ne eadem alicuius personarum proprietates, quas uerè uidemus à ueteribus expressas?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

## Caput 27.

Suntne eadem alicuius personarum  
proprietates, quas uariè uidemus  
à ueteribus expressas?

**E**adem est patris pprietas, quæ  
his significatur nominibus, pater, paternitas, generatio acti-  
ua: Et filij, quæ significatur nomi-  
nibus his, filius, filiatio, generatio pas-  
siua: Et spiritus sancti per hæc, spiri-  
tus sanctus, spiratio passiuæ, & pro-  
cedere ab vtrisque.

*Ioan. Damasc. lib. 6. de ort. fide.*

Significantur tamen hæc proprie-  
tates per ista nomina, diuersis ratio-  
nibus Nominibus enim personarum  
(quæ sunt, pater, filius, spiritus san-  
ctus) significantur non tantum pro-  
prietates, sed etiam hypostases: nomi-  
nibus autem proprietatum, vt sunt,  
paternitas, & filiatio, &c. significan-  
tur ipsæ proprietates secundum se,  
vel actus ipsarum proprietatum, vt  
generare, nasci vel generari.

*Aug. lib. 5. ca. 6. de Trini.*

Sunt autem & nomina, quæ pro-  
prie filio conueniunt, & personalem  
eius proprietatem præcisè exprimunt:  
quæ nõ substantialiter, sed respectiue,

B 2 de eo,

*Aug. lib.  
6. ca. 2. de  
Trini,*

LOCORVM COMMVNIVM  
de eo, respectu patris, dicuntur: qua-  
lia sunt, genitus, verbum, imago. Di-  
citur enim genitus genitoris geni-  
tus, & sic de alijs.

Essentialia etiam quandoque po-  
nuntur pro personis, vt Deus de Deo,  
Deus genuit Deum, lumen de lumi-  
ne, sed non è conuerso. Non enim di-  
cimus, verbum de verbo, vel filius de  
filio, &c.

### Caput 28.

*Est ne ingenitus proprietas  
personalis?*

*Aug. lib.  
5. ca. 5. de  
Trini.*

**P**RATER eas proprietates, que su-  
prà dictæ sunt personales, vt est  
paternitas, & huiusmodi, sunt  
præterea quædam aliæ de quibus est  
nomen, Ingenitus, quod de patre di-  
citur: & tamen aliam, quàm hoc no-  
men paternitas, proprietatem desig-  
nat. Non enim patriæ rationis est es-  
se ingenitum, cum absq; hoc aliquis  
esse possit pater.

*Amb. lib.  
de incar-  
nationis  
dominicæ  
sacramēt.  
c. 8 tom. 2.*

*Aug. lib.  
9. c. 2 de  
Trini.*

Est autem sensus alius illarū pro-  
positionum, patrem esse & filium es-  
se (quia hoc idem est: vna enim essen-  
tia diuina, qua vterq; est) alius ista-  
rum, esse patrem, & esse filium, tran-  
spositis, scilicet, vocibus. Nō est enim  
eadem

eadem pr  
& alter f  
Notan  
go, relati  
tunc soli  
tem quan  
ta trinita  
mo dicitu

Quid /  
H  
Conuenit  
gulis pers  
cipium to  
cipium fil  
principiu  
sanctus au  
ræ, & prin  
ta trinitas  
cipium, &  
Quam  
sit alterius  
est, hoc ta  
essentialit  
Sunt au  
spiritus sa  
vna notio  
bus dicitu